

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus Caput 2: De angelis (2)

Iohannes Damascenus:

Angelica ierarchia est

ordo divinus, scientia et actio, dei forme,
quantum possibile similans.

Angelica vero ierarchia est,
secundum eundem,
ordo divinus, scientia et actio, Dei formae,
in quantum est possibile, simulans
et ad inditas ei divinitus illuminationes
proportionaliter in Dei similitudinem
ascendens.

Gerardus de Prato, *Breviloquium super libros
sententiarum*, 2.10 (M. da Civezza ed., 1882,
p.96).

Et dicitur a iera, quod est sacrum,
et archos, quod est princeps, inde ierarchia,
id est, sacer principatus.

Et dicitur gerarchia a gerax, quod est sacrum,
et archos, quod est princeps,
quasi sacer principatus.

Guillelmus Durantus, *Rationale diuinorum
officiorum*, 4.33.31 (CCCM 140, A. Davril
& T.M. Thibodeau eds., p.408, ll.279-281).

Est quidem Ierarchia
secundum me
ordo divinus, et scientia, et actio, deiformi
quantum possibile, simulata,
juxta inditas ei divinitus illuminationes
proportionaliter in Dei similitudinem
ascendens.

Pseudo-Dionysius Areopagita, *De caelesti
hierarchia, versio Joannis Scoti*, 3 (PL 122,
col.1044C).

Respondeo dicendum,
quod hierarchia dicitur,
quasi sacer principatus a «hieron,»
quod est sacrum, et «archon,»
quod est princeps.

Thomas de Aquino, *Scriptum super sententiis*,
2.9.1.1 (P. Mandonnet ed., vol.2, p.226).